

licus, & sic deinceps alternando singulis annis; Praefecti rei tormentariæ itidem tres, parique annua alternatione, atque ita in omnibus officiis publicis fuit ordinatum.

## Colloquium XXXVII<sup>mum.</sup>

*De executione Pacis Westphalicæ.*

IGNATIUS et LUCAS.

I. **C**uinam tandem executio Pacis Westphalicæ huc Augustain Vindelicorum fuit commissa? L. Episcopo Constantiensi, Francisco Johanni, & Duci Würtenbergico, Eberhardo.

I. Erantne hi imperii principes in re ipsi præsentes? L. Non, sed quilibet suos mittebat delegatos. I. Qui fuerunt delegati? L. Ex parte Episcopi Constantiensis, Wolfgangus Christophorus à Bernhausen, & Georgius Köber-